

XVI. Cereuisia antiscorbutica.

℞. rad. raphan. rustic. $\bar{\text{z}}\text{v}$.

herb. rec. cochlear.

nasturt. aquat.

beccabung.

trifol. aquat aa $\bar{\text{mj}}$.flor. centaur. min. $\bar{\text{z}}\text{j}$.

sem. rec. contus. nasturt. hort.

raphan. hort. aa $\bar{\text{z}}\text{ij}$.

Concissa reconde in cereuisiae recentis
et feruescentis dolio dimidio.

SECTION XL

DE

FORMVLA DECOCTI
INTERNI.

§. 512.

Deco-
ctum
praepa-
ratur per
solutionem at-
que ad id
requiri-
tur ma-
teria sol-
uens et
soluen-
da.

Cum decoctum sit medicamentum fluidum ex menstruo liquore cum materia soluen- da ad ignem ebulliente paratum §. 292. pater, decoctum praeparari per solutionem, atque ad id requiri materiam soluentem, seu men- struum, et materiam soluendam. Illud, quod praeter haec duo accedit, dicitur accessorium, eodemque certis id exigentibus conditioni- bus opus est.

§. 513.

§. 513.

Ad decoctum requiritur materia soluens, soluenda et interdum accessorium §. 512. Qua de re omne id materiam decocti ingredi potest, quod ipsi materiam vel soluentem, vel soluendam, vel accessorium largitur. Iam ea dicuntur ingredientia decocti, quae eius constituunt materiam §. 8. Ergo omne id ingredientis vice in decocto fungi potest, quod ipsi materiem vel soluendam, vel solventem, vel accessorium largitur.

§. 514.

Menstruum decocti, vt infusi, esse potest vel aquosum, vel vinosum, vel spirituosum §. 474. Sed Medico, dum in dato casu decocti menstruo opus habet, maxime curandum est, vt eiusmodi inueniat menstruum, cuius vis materiae soluendae ita congrua est et accommodata, vt eam aggrediatur et soluat, coctione minus eneruetur, et alienam, quae non desideratur, naturam induat. Quodsi enim materiae soluentis vis menstrua ebulliendo debilitaretur et plane tolleretur, vel peregrinam, quae non desideratur, indolem assumeret, scopo, cuius causa addita fuit, plane non satisfaceret. Quod vero praeterea menstruum ita comparatum esse debeat, vt vis eius materiam soluendam soluere possit, patet ex §. 485. Eadem enim hic obtinent, quae ibidem dicta sunt.

§. 515.

Omne id ingredientis vice in decocto fungi potest, quod ipsi materiam vel soluendam, vel solventem, vel accessorium largitur.

Menstruum decocti ita comparatum esse debet, vt materiam soluendam soluat et coctione minus eneruetur.

§. 515.

Spirituosum Vinum, si vase non bene clauso coquitur, multum virtutis suae perdit, et, si vel maxime vase probe clauso, aut vaporum exitui, obstante coquatur, in peius abit. Iam menstruum decocti ita comparatum esse debet, vt eius vis menstrua coctione nec valde eneruetur, nec alienam, quae non desideratur, naturam induat §. 514. Vinum ergo loco menstrui in decoctis minus commode adhiberi potest, vel saltem, si illo vti vel placuerit, vel opus fuerit, ita est tractandum, vt dicta euentur, quod vero facile obtineri nequit. Peracta igitur ebullitione, si eo opus est, vt addatur, consultius est.

Spissum Spirituosa contra in phialis chemicis sine notabili virtutis suae iactura, vel alteratione, ebullitionem ferunt, atque ideo commode menstruorum in decoctis vice fungi possunt §. cit.

§. 516.

Aqua Aquae virtus ebulliendō minus eneruatur et alteratur, vnde patet, eius frequentiore in decoctis esse vsum §. 514. Aquae quoque destillatae a quibusdam loco menstruorum in decoctis adhiberi solent, sed, qua ex ratione et quo iure, ego saltem perspicere non possum. Si enim vsurpantur aquae destillatae, virtute quadam praeditae, haec coctione abigitur et dissipatur, adeoque menstruorum vice in decoctis legitime fungi non possunt,

vti

vti ex dictis §. 514. apparet. Si vero loco menstrui aqua destillata adhibetur iners, quid inde boni prae aqua simplice?

§. 517.

Materies decocti soluenda ita comparata sit necesse est, vt virtutem suam vsui interno aptam, quae vel difficulter et tarde, vel plane non maceratione sola extrahi potest, vel totam, vel ex parte saltem, ebullitionis ope, menstruo decocti commodo communicare possit illibatam. Contrarium enim si obtineret, materies non esset apta et digna, quae decoquatur.

§. 518.

Cum materies decocti soluenda virtutem suam interno vsui aptam, quae maceratione sola vix vel plane non elici potest, vel totam, vel ex parte menstruo decocti commodo ebulliando communicare debeat §. 517, virtus eius vt in menstruo decocti idoneo solubilis sit, nec tamen ope macerationis aequae commode ac ebullitionis beneficio extrahi possit, exinde sequitur. Et eadem elucescit ratione, eiusdem materiae virtutem ita debere esse comparatam, vt coquendo nec dissipetur, nec alienam indolem, scopo minus aptam, assumat. Prius enim si fieret, perinde esset, ac si nulla virtus menstruo communicaretur, quod tamen requiritur §. 517. eademque, si aliam, quae non desideratur, indolem indueret, menstruo non impertiretur illibata; quod vero vt fiat necesse est §. cit.

§. 519.

Quomodo decocti materies soluenda comparata esse debeat.

Materies soluenda decocti debet esse menstruo eius solubilis, nec tamen aequae commode per macerationem, ac per coctionem, nec huius virtutis dissipari neque perverti.

§. 519.

Quid-
nam ma-
teriem
soluen-
dam de-
cocto lar-
giri pos-
sit.

Materies decocti soluenda ita comparata esse debet, vt virtutem suam vsui interno aptam, quae vel difficulter et tarde, vel plane non sola maceratione elici potest, vel totam, vel ex parte ope ebullitionis menstruo communicare possit illibatam §. 517. Qua de re omne id materiam soluendam decocto largiri potest, quod virtute gaudet interno vsui apta, quae quidem vel difficulter et tarde, vel plane non maceratione sola extrahi potest, sed ebullitionis tamen ope in menstruum vel tota, vel ex parte transit illibata. Haec materies decocti aequae ac infusi ex triplici naturae regno depromi potest, et plurima largitur regnum vegetabile, pauciora minerale et animale §. 477. E contrario autem facile patet, quatenam materiam soluendam decocto non praebeant.

§. 520.

Quae ma-
cerando
vim su-
am im-
pertiant
menstru-
o, coctio-
ne non
sunt tor-
quenda
longiori
et fortio-
ri.

Cum omne id materiam soluendam decocto praebere possit, quod virtutem possidet difficulter vel plane non maceratione sola in menstruum, sed ebullitionis demum ope in id transeuntem §. 517, ea, quae macerando virtutem suam in menstruum dimitunt, coctione, longiori fortiorique inprimis, non sunt torquenda. Nihil dicam, quod calor in coquendo praefens talia plus minusue, et vel hoc illo modo, qui plane non desideratur, muret, cum

cum veritas iam satis ex loco allegato appareat. Interdum tamen breuiorem et leniorem, si celeriori et meliori extractioni inferre potest, ebullitionem admittunt et postulant, cuius generis sunt vegetabilium partes recentes, tenerae et molles.

§. 521.

Eodem, quo paulo ante usus fui §. 502, Quae virtutem modo facile demonstrari potest, quod ea, habent quae virtute praedita sunt in coquendo facili coctione dissipatu et auolante, potius sint infundenda auolantem, potius in coctione, si eadem opus sit, mitiori, breuiori et in vase idoneo instituta, tractanda. Ad hanc classem pertinent aromatica, alcalescentia, quae ad aquarum et oleorum destillationem sunt apta. tibus infunden- da sunt.

§. 522.

Materies decocti soluenda ita debet esse comparata, ut non alienam, dum coquitur, indolem, quae non desideratur, induat §. 518. Quorum virtus coctione in alienam mutat, vel plane non, vel leuiter tantum nec diu sunt decoquenda. Nec desunt exempla, quae dicta sunt confirmant. Liquiritia diu cocta saporem suum dulcem amittit, et amara euadit. Neque minus folia fennae, virtutem, dum longius

(Pars II. de form. in specie.)

X gius

gius coquantur, acquirunt cum aloi torminibus purgantem. Rheum, myrobalani, diutius cocta, virtuti purganti adstringentem iungunt, et mucilaginosa, vt radix altheae, malvae, symphyti, semina, fructus, succi, ad earum indolem accedentia, coctione longa lentorem inferunt liquori iniucundum.

§. 523.

Recensentur,
quæ cum
aqua mi-
nus recte
deco-
quuntur.

Terrea macilenta, lapidea, resinosa, sulphurea, pingui, si menstruum, quocum coquantur, est pure aquosum, sine accessoriis parum, immo nihil suae virtutis ipsi largiuntur. Iam ea materiem soluendam decocto praeberere nequeunt, quae menstruo virtutem suam non impertiant §. 519. Ergo, si menstruum decocti esset pure aquosum, ea, quae paulo ante commemoravi, sine accessoriis materiem soluendam decocto largiri nequeunt. Accedit ad hoc, quod ea, si materiae soluendae vice in decocto, cuius menstruum est pure aquosum, fungi deberent, ita comparata esse debeant, vt eorum virtus in menstruo aquoso solubilis sit §. 518, quod vero cum ita non sit, patet asserti veritas.

§. 524.

De quibusnam
aliis dicta §. 523.
valeant.

Idem, quod de terreis macilentis, lapideis, resinosis, sulphureis, et pinguibus asserui §. 523, verum est de metallis et semimetallis non salinis, eademque, qua antea, potest

potest demonstrari, ratione; interea ignicione praemissa, vel longa fortique coctura aquam aliquo modo mutare videntur. Et sic cum plerisque animantium partibus duris est comparatum, vtpote ex quibus vix quicquam, nisi coctione diu protracta, elici potest.

§. 525.

Menstruum decocti materiae eiusdem Patet ex
soluendae congruum atque accommodatum dictis §.
esse debet, vt eam aggrediatur et soluat 485. quo-
§ 514. Quodsi ergo eiusmodi menstruum modo
est eligendum, repetenda hic sunt dicta de men-
strui in infusi qualitate eiusdemque dele- struum
ctu instituendo §. 495. decocti
commo-
dum fit
eligen-
dum.

§. 526.

Si solutio, qua praeparatur decoctum, De acces-
est promouenda, accessorium hoc fine requi foris de-
ritur, et hoc ita comparatum esse potest, vt cocti.
materiam vel soluentem vel soluendam ad
solutionem aptiorem reddat. Eius generis ac-
cessoria sunt indicata §. 480. Neque minus,
si post coctionem decocti virtus vel augenda,
vel qualitates eius iniucundae corrigendae
sunt, accessorio opus est huic scopo inser-
viente, qualia sunt commemorata §. 481.
Pater horum assertorum veritas ex §. 478.
479 480. 481. dummodo in locum vocabuli
infusum substituatur vocabulum decoctum.

§. 527.

Quae-
nam in-
terdum
loco ac-
cessorii
adhibe-
antur.

Interdum, vbi volatilium sub alembico instituta ebullitio excussit partem virtutis desideratae, vapores collecti in decoctum frigescens refunduntur, accessorii virtutem decocti augentis vicem tunc explentes. Nonnunquam etiam materies alia tenerior, principiis praedita volatilibus et mobilibus, collisione peracta liquori infunditur et loco accessorii, virtuti decocti augmentum vel gratiam adferentis, adhibetur, ita, vt medicamentum tunc ex decocto et infuso sit compositum. Tale vero *decocto-infusum* appellatur.

§. 528.

De gra-
du calo-
ris in de-
cocto.

Decocta non promiscue vno eodemque caloris gradu praeparantur, sed is pro materiae soluendae, soluentis, et decocti indole variat. Sic si menstruum est spiritus, lenior calor, quam si vinum vicem menstrui sustinet, adhibetur, et aqua his maiori calore vrgetur. Neque minus minori opus est calore, si materies soluenda facile se solui patitur, nec decoctum desideratur valde saturatum, maiori contra, si contraria dictis obtinent.

§. 529.

Dedura-
tione co-
ctionis.

Tempus, quo peragitur coctio, admodum variat pro materiae soluendae indole eiusque faciliori vel minus facili extractione, adeoque in genere determinari nequit, quamdiu

diu materies decocti soluenda in casu quouis singulari sit decoquenda. Sunt, quae cocturam ad tres, quatuor, immo sex et plures horas protractam admittunt et postulant, cuius generis sunt fossilia pleraque, animantium annosorum ossa, cornua, carnes tenaciores, ligna compacta, radices et cortices similes, arida, aromatis expertia, valdeque resinosa, unde horum, priusquam decoquantur, maceratio est instituenda, ut eorum virtus eo facilius extrahi potest. Dantur porro aliqua, quibus coctio horae unius vel duarum sufficit, quaedam ultra unius horae spatium vix sunt coquenda, alia coctura horae dimidium durante satis emunguntur, et nonnulla vix ultra quartam horae partem coqui debent, quin horum pleraque, maxime recentia et mollia, decocto ab igne remoto et adhuc feruido infundere tantum consultius est.

§. 530.

Quae de duratione coctionis dicta sunt Scho-
§. 529, intelligenda sunt de decoctionibus lion.
aquis. Quatenam vero ista sint, quibus determinata coctionis tempora conveniunt, materiae medicae perito non difficile erit cognitu. Saepe tamen Medicus, dum vel superficialia, vel intimior virtutis extractio desideratur, vel aliae accedunt rationes, terminos coctionis §. 529. designatos non accurate observat, eosque alio modo pro circumstantiarum ratione determinat.

X 3

§. 531.

§. 531.

Viden-
dum est,
si varia
materia
est deco-
quenda,
num al-
tera alte-
rius solu-
tionem
iuuet,
nec ne.

De quan-
titate
materiae
soluen-
dae et
soluen-
tis in in-
fuso.

Si varia materies simul est decoquenda, eo maxime est respiciendum, primo, num altera alterius solutionem iuuet, an impediat, et quousque; deinde, num omnia eodem gradu caloris sint coquenda, iisque eadem coctionis duratio conueniat. Sunt enim, quae sola iners praebent decoctum, efficax vero, si iunguntur aliis.

§. 532.

Quod ad ingredientium et praesertim materiae soluendae in decocto quantitatem attinet, eadem hic obtinent, quae dicta sunt de quantitate materiae soluendae in infuso §. 488. Menstrui in decocto quantitas pariter se habet, ac in infuso, adeoque hic repetantur dicta §. 489. 490. Variat quoque praeterea, prout coctio vel sine, vel cum euaporatione perficitur, sed, si sine euaporatione instituitur, vel vapor collectus decocto refunditur, menstrui proportio in decoctis eadem est, quae in infusis §. cit, nisi, quod rarius ultra duodecuplam aut paulo maiorem augeatur.

§. 533.

Vtcrius
determi-
natur
menstrui
in deco-
cto quan-
titas.

Si durante coctione dissipatio fit et euaporatio, eo maior menstrui requiritur quantitas, quo illa maior, ne liquor superstes nimis saturatus euadat, et tum Medicus, prout coctionis durationem aut ad certum tempus, aut

aut ad partis aliquotae euaporationem limitat, vel determinat menstrui adfundendi quantitatem ex dictis §. 532. ratione simul quantitatis dispendii, certo vel per coniecturam definitae, habita, vel denique tantum, quod magis vsu venit et vsitatum est, menstrui q. f. praescribens et coctionis durationem aut ad aliquotae partis euaporationem, aut ad certum tempus limitans, determinat, quantum residui superesse velit, ita, vt tunc pharmacopoeo relinquatur computandum, quam menstrui quantitate opus sit, vt dato coctionis termino praescriptum decocti pondus remaneat.

§. 534.

Accessoria, quae solutionem, qua praeparatur decoctum, promouent, eadem sunt, quae infusi §. 479. 480, eorumque quantitas iisdem hic definitur limitibus, quorum mentio iam facta fuit §. 491. vt eos hic repetere superuacaneum esset, nisi, quod saepe, praesertim si ebullitio solutionem promouet, eorum tunc minori quantitate opus sit. Illa vero accessoria decocti, quae ipsi coctione demum peracta, vel ad eius virtutem augendam, vel molestam eius qualitatem corrigendam, adduntur et eadem sunt cum accessoriis infusorum §. 481. in eadem, qua haec, proportionem recipiuntur §. 492. hinc dicta loco allegato hic repetantur. Ista vero accessoria,

De access-
foriorum
solutionem
promouen-
tium
quantita-
te in de-
coctis.

quae coctione peracta decocto infunduntur, §. 527. ratione quantitatis, qua recipienda sunt, easdem sequuntur regulas de accessoriis infusi prolatis §. 492.

§. 535.

De dosi
et quan-
titate ge-
nerali
decocti.

Quae de dosi et quantitate generali infusi dicta sunt §. 495 496. valent quoque de dosi et quantitate generali decocti. Ad posteriorem quod attinet, vix vnquam ultra libras sex vel octo, immo nec eo vsque extenditur, nisi id dosis decocti magna, breuibusque interuallis assumenda, et praeparatio eiusdem operosior postulent, annique tempus ac decocti durabilitas permittant.

§. 536.

De ordi-
ne, quo
ingredi-
entia de-
cocti in-
formula
eiusdem
scribun-
tur.

Si materia omnis decocti vno eodemque caloris gradu coquenda est, vel species tantum decocti a pharmacopoeo sunt exhibendae, ordo, quo ingredientia decocti chartulae inscribuntur, idem est, qui valet de ingredientibus infusi §. 494. Si qua vero cocturam longiorem, alia breuiorem postulant, eo ordine optime sibi mutuo subiunguntur, vt primo loco ponantur, quae longissima opus habent coctione, postremo vero, quae breuissimam exigunt; nisi alias haec res pharmacopoei dexteritati et iudicio committi possit.

§. 537.

Subscri-
ptio for-
mulae

Subscriptio formulae decocti fere conuenit cum subscriptione formulae infusi et ab ea

ea paucis discrepat, hinc de subscriptione decocti formulae infusi dicta huc sunt applicanda. Variat vero haec subscriptio formulae decocti aequae ac formulae infusi, prout vel a pharmacopoeo nil nisi materies decoquenda eiusque praeparatio expetitur, vel ipsi non materiae solum decoquendae, sed decocti ipsius praeparatio committitur §. 479.

§. 538.

Si pharmacopoeus materiam tantum decoquendam praebet, eadem hic obtinent, quae dicta sunt §. 507, et ratio, quam ob rem hoc ita esse debeat, patet ex §. 537. Si vero posterius locum habet §. 537, hoc est, si tum materiae decoquendae, tum decocti ipsius praeparatio pharmacopoeo committitur, subscriptio in formula decocti determinare debet operationes, quae pertinent non ad materiae solum decoquendae, sed ipsius decocti praeparationem §. 110.

§. 539.

Operationes, quae respiciunt materiae decoquendae ipsiusque decocti praeparationem, diuidi possunt in eas operationes, quae vel ante, vel post, vel in coctione a pharmacopoeo sunt suscipiendae. Illae, quae ante coctionem sunt peragendaе, respiciunt materiae decoquendae ad infusionem praeparationem; ad eas, quae in coctione sunt suscipiendae, pertinet decoctio ipsa, et ad illas

decocti
fere con-
venit
cum sub-
scriptio-
ne for-
mulae
infusi.

Appli-
cantur
huc dicta
§. 507.

De ope-
rationi-
bus circa
materi-
am deco-
cti sol-
vendam
eiusdem
praepar-
ationem,
earum.

X 5

deni-

que di- denique, quae post coctionem sunt perficien-
visione. dae, nouae materiae infusio, depuratio, et
accessoriorum miscela. Haec ergo omnia, si
opus est, determinare debet subscriptio for-
mulae decocti § 538.

§. 540.

Opera-
tiones
indican-
tur, quae
respici-
unt ma-
teriae de-
coquen-
dae prae-
paratio-
nem.

Operationes, quae ante coctionem susci-
piendae sunt, et materiae decoquendae prae-
parationem respiciunt, absoluuntur 1) eius-
dem comminutione in crassum puluerem,
2) colligatione in nodulo, 3) irroratione; nisi
quod humectatio cum aqua feruente hic ra-
rius vsurpetur. Vasis quoque, in quo coctio
est instituenda, interdum fit mentio, si id
necessitas postulat, et certum sit, pharmaco-
poeum, vti plerumque, sed minus recte fieri
solet, omnes cocturas promiscue in vasis ae-
neis, stanno etiam non obductis, facere.
Maceratio denique nonnunquam vel totius
materiae decoquendae, vel partis tantum eius-
dem, si difficulter se solui patitur, praemittitur,
et, quae huc pertinent, repetenda sunt
ex dictis §. 503.

§. 541.

Subscri-
ptio in
formula
decocti
docet
materiae
soluen-
dae com-
minutio-

Subscriptio in formula decocti docet ope-
rationes, quae praeparationem materiae ad
coctionem respiciunt § 539. Iam eae absol-
vuntur materiae decoquendae comminutione,
colligatione, irroratione, maceratione et de-
lectu vasis idonei, cui materia decocti immit-
tenda

tenda est §. 540. Ergo subscriptio in formula decocti, si pharmacopoeo non materiae solum decoquendae, sed decocti ipsius praeparatio committitur, determinare debet materiae decoquendae comminutionem in cras-
sum puluerem, eiusdem colligationem in nodulo, irrorationem, macerationem, et vas denique, in quo coctio instituenda est, si iisdem opus est.

§. 543.

Quae in decoctione ipsa a pharmacopoeo sunt agenda, respiciunt 1) ignis adhibendi gradum modumque, ita, ut a Medico determinetur, utrum igne vehementi, an leni, igne nudo an alio, ut in diplomate, opus sit, 2) ordinem, quo alia diutius, alia brevius sunt decoquenda, 3) vasis, in quo coctio instituitur, occlusionem magis minusve exactam, prout euaporatio vel magis vel minus nocet. Plerumque occlusionem vasis exacta opus est, cum calor hac ratione sit aequabilior et minor decocti inquinatio. 4) Coctionis terminum, qui vario modo definiri potest. Vel enim determinari potest ex materiae decoquendae indole et natura, vel ex phaenomenis decocti, ut colore et sapore, vel, dum euaporatio conceditur, ex residui quantitate, vel ex aliquotae partis dissipatione, sed hic minus certe. Accedit ad hoc, quod quantitas eorum, quae coctione exhalant, intra idem tempus varia sit,

nem, eiusdem colligationem in nodulo, irrorationem, et vas, in quo coctio est instituenda.

Quae nam in coctione agenda et determinanda sint, recensentur,

sic, prout coctio vel fortior, vel lenior, et in vase plus minusue clauso, instituitur.

§. 543.

Quae
post de-
coctio-
nem sint
animad-
verten-
da.

Quae post coctionem sunt agenda, complentur 1) infusionem materiae nouae, quae secundum easdem, quas dedi § 501 503, regulas, instituitur, 2) depurationem, de qua dicta § 504. valent 3) accessoriorum miscelam, de qua notanda intelliguntur ex § 505. 4) delectum vasis idonei, in quo asseruandum est decoctum.

§. 544.

De si-
gnatura
formulae
decocti
huius
que vsu.

Quae ad signaturam formulae decocti pertinent, facile erui possunt ex dictis §. 508. de signatura formulae infusi. Nomina quoque, quae decocta pro varia sua praeparatione et adhibendi modo acquirunt, ex parte eadem sunt, quae imponuntur infusis §. 493. Sic decoctum ad dosin vnicam praescriptum dicitur *haustus*, si menstruum eius spirituosum est, simpliciter audit *decoctum* vel *apozema*, si partes animantium basin materiae constituunt, *ius* vel *iuseulum* appellatur, si materies semel decocta cum recente aqua iterum coquitur, *bochetum* vel *decoctum secundarium* nominatur. Vtus decoctorum denique conuenit cum vsu infusorum.

§. 545.

§. 545.

Speciminis loco inferuiunt

I. Decoctum auenaceum.

℞. auen. rec. depur. et excort. mij.

rad. cichor. ℥℥.

nitri purif. vel

giari ℥℥.

Conc. coquantur per dimidium horae
in tribus aquae purae mensuris, ad
consumtionem partis tertiae.

Huic decocto, ad maiorem ipsi gratiam conciliandam, debita in quantitate addi potest, nec sine fructu, elaeosaccharum citri, vel syrupus acetositis citri, inprimis si eo aestus simul est exstinguendus. Insignibus virtutibus excellit. Sanguinis enim, feri inprimis, acrimoniam demulcet, humidum deficiens restituit, et partes relaxat solidas, vnde egregia eius in morbis multis vtilitas apparet. Sic optime conducit hominibus strictioris corporis habitus, neque minus in tussi, catarrhis, faucium siccitate, asperitate et exulceratione, diarrhoea, dysenteria, quatenus ab acrimonia stimulante proueniunt, arthritide vaga scorbutica, malo scorbutico idque genus aliis morbis. Qui plura de huius decocti effectu desiderat, illa reperiet in *illustris* quondam *Medici*, FRIDERICI HOFFMANNI, *dissertatione de cura auenacea*, vtpote in qua hoc modo

do

do laudatus vir fat multa, nec inutilia, de eiusdem efficacia differuit.

II. Decoctum temperans.

1.

R̄. pomor. citr. No. II.
 concis coque in
 ▽ purae ℥iv.
 colaturae adde
 Syr. acetos. citri
 ceras. nigr. aa ℥ij.

D.

2.

R̄. ras. C. C. ℥j.
 pom. citr. No. I.
 coquantur in duabus aquae purae men-
 suris.

3.

R̄. tamarind. ℥j.
 coque in
 ▽ commun. ℥ij.
 et adde colaturae
 nitri. ℥iat. ℥℥.

Decocto classis II. No. i. loco syruporum
 addi quoque potest sacchari quantitas debita,
 si placet. Egregia aestum temperandi vir-
 tute gaudet, eamque ob causam hoc fine
 summo

summo cum fructu in omniis febribus et iis praesertim, quae inflammationem secum ferunt, usurpatur, cum, quantum et quam periculosum ab ingenti caloris, corpus affligentis, gradu produci possit damnum, satis superque constet. Substitui ipsi potest decoctum No. 2. tunc inprimis, si indicatio requirit, ut acce quid sit demulcendum; hac etenim virtute prae caeteris praeditum est cornu cerui. Ad decoctum No. 3. quod attinet, singulari quoque gaudet vi calorem temperandi et aestum febrilem reprimendi, eiusque usus illo praesertim febris tempore convenit, quo blanda simul opus est alui solutione, et si eo redit scopus Medici, addi potest manna electa, syrupus rosarum solutivus; cum spiritus nitri dulcis guttis aliquot.

III. Decocta demulcentia.

1.

R $\acute{x}$. hord. mund. m ij.

rad. scorzon.

raf. C. C. aa $\mathfrak{z}j$.

Concisa, coquantur in tribus aquae communis mensuris per horae dimidium, et colaturae addatur syrupus acetositis citri ad unciam vnam et dimidiam, vel succus citri cum saccharo debita in proportionem admisceatur.

2. R $\acute{x}$.

R^x. rad. scorzon.

raf. C. C. aa ʒiʒ.

conc. coqu. in

▽ commun. ℥iij.

sub fine coctionis

adde

passular. min. mj.

sem. foenic. ʒiij.

flor. pap. rhoad. p. III.

bulliant semel, deinde liquor coletur.

Hoc decoctum No. 1. in febribus biliosis, cholericis, catarrhalibus, aliisque multis, quae humorum acrimoniam pro causa agnoscunt, utile est, et hoc No. 2 polychrestum et omnibus fere morbis congruum, ab illustri b. m. HOFFMANNO praedicatur. Huic decocto possunt, pro circumstantiarum ratione, adiaci radix glycyrrhizae, anisum stellatum et similia, si tussis vrget; cortices mali citrei vel aurantii, si roborandum est, aliaque plura, quae postulat indicatio. Omnes vero, qui ab his decoctis expectari et desiderari possunt effectus, producuntur vi virtutis, quae ipsis inest, demulcentis, vnde patet, quibusnam in morbis conueniant, et quid efficere possint. Ad eorum indolem accedunt decocta, quorum descriptiones in Dispensatorio Regio et Ele-

Electorali Borusso-Brandenburgico exstant,
vſusque admodum frequens eſt, ſequentia :

1.

R̄. raf. C. C. ℥j.

coquantur in ſufficienti quantitate aquae
ſimplicis, et colaturae librae duae
ſeruentur vſui.

2.

R̄. raf. C. C. ℥ſſ.

rad. ſcorzon. ℥j.

coque ſecundum artem, ſub diplomate,
in ſufficienti quantitate aquae ſim-
plicis, et colaturae libras tres ſer-
ua vſui.

3.

R̄. hord. opt. loti et mundi ℥ij.

aquae communis ℥ XII.

coquantur ad tertiae partis conſumtio-
nem et colatura ſeruetur vſui.

4.

R̄. hord. opt. loti et mundati ℥iſſ.

raf. corn. ceru. ℥j.

aquae ſimpl. ℥ VII.

coquatur lege artis ad conſumptionem
tertia circiter partis, et colatura
ſeruetur vſui.

(Pars II. de form. in ſpecie.) Y IV. De-

IV. Decocta sanguinem purificantia.

1.

℞. rad. chinae

sallap.

scorzom.

cichor.

liquirit. aa ʒi.

cort. lign. sassafr.

sem. foenic. aa ʒiʒ.

⊖ ʒri ʒij.

Concila et contusa grosso modo coquantur vase clauso in aquae mensuris octo, ad partis tertiae consumptionem, et colatura seruetur vsui. Sub fine coctionis decocto huic passularum minorum vncia vna vel duae addi et decoqui possunt.

2.

℞. rad. chinae

sallapar. aa ʒi.

raf. lign. guaiac.

cort. eiusd. aa ʒiʒ.

⊖ ʒri ʒiij.

Concisa et contusa grosso modo, mista f. Species. S. Species, davon drey Loth in vier Maasß Wasser so lange zu kochen, bis der dritte Theil eingekocht ist.

3. ℞.

3.

R_x. rad. altheae
 scorzon.
 bardan. aa $\overline{\text{Zi}}$ ss.
 liquir. $\overline{\text{Zi}}$ ss.
 herb. saponar. mij.
 ras. lign. iunip. $\overline{\text{Zi}}$ j.
 sem. foenic. $\overline{\text{Zi}}$ ij.

Concisa, contusa grosso modo, mista f.
 Species, decoquendae in aquae simplicis libris
 duodecim, ad tertiae partis consumptionem.

4.

R_x. rad. chinae
 cassap. aa $\overline{\text{Zi}}$ ss.
 scrophul. $\overline{\text{Zi}}$ j.
 liquirit $\overline{\text{Zi}}$ ss.
 ras. lign. sanct. $\overline{\text{Zi}}$ ij.
 $\overline{\text{Zi}}$ ij in peria ligat. $\overline{\text{Zi}}$ j.

Concisa, contusa grosso modo, mista
 fiant Species, decoquendae in mensuris aquae
 simplicis octo tamdiu, donec pars tertia con-
 sumpta fuerit.

Decoctum classis IV. No. 1. egregium ex-
 ferit effectum in morbis a seri impuritate pro-
 venientibus, ut in lue venerea, scabie idque
 genus aliis, inprimis, si homines sicciore et
 strictiori corporis habitu praeditos inuadunt.

Y 2

His

His enim acriora et calidiora, vt lignum eiusque cortex, radix pimpinellae, contrayeruae, vincetoxici, serpentariae Virginianae, herba scordii, fumariae et similia, non bene conducunt, sed iis pruritus aliaque molesta symptomata causantur. Hinc consultius esse existimo, vt ex speciebus, quae paulo ante commemorauimus, calidioribus, spiritus vini ope, essentia praeparetur, et pro circumstantiarum ratione cum decocto temperato No. 1. tempore matutino, iniuncto simul regimine sudorifero, adhibeatur. Decoctum No. 2. calidiori et penetrantiori eo, quod No. 1. descriptum fuit, virtute gaudet, ideoque magis conuenit hominibus habitus corporis laxioris et humorum copia refertis, si a morbis, impuritatem feri pro causa agnoscantibus, corripuntur. Decoctum No. 4. egregiam in lue venerea debellanda exserit utilitatem et ad Batauorum Medicorum mentem est compositum, vtpote qui antimonium crudum, speciebus sanguinem purificantibus additum, earum vim maximopere augere, et in obstructionibus tollendis, lymphaeque collicquescenda et per sudorem eliminanda, egregium et praestantissimum esse remedium, sibi persuadent.

V. Serum lactis acidulum.

Hoc ita praeparatur: Lacti recenti calefacto instillatur succus vel citri, vel limoniorum,

rum, vel acetum vini purum, vel solutio pul-
 pae tamarindorum cum vino Rhenano facta, vel
 solutio cremoris tartari tanta in quantitate, vt
 omne lac promptum subeat coagulum, et pars
 butyraceo-caseosa crassior a sero segregetur.
 Peracta hac separatione serum per linteum
 traiecitur iterata vice, vt penitus a substantia
 caseosa crassiori liberatum, purius euadat, ac
 nil nisi principium vnguinoso-salinum tenerius
 et partes praecipitantis acidulas retineat. Hoc
 serum gaudet sapore subdulci et acidulo, acor
 tamen minui, immo maxima ex parte auferri
 potest, si eidem pulvis lapidum cancrorum,
 qui acidum absorbet, sufficienti inspergatur
 quantitate. Potest vero lac, ad serum ex eo
 praeparandum, adhiberi vel vaccinum, vel ca-
 prillum, vel asinum, prout hoc vel illud
 scopo magis conuenit.

VI. Serum lactis dulce.

Recipe lactis vaccini, aut caprilli recentis,
 libras quatuor, infunde ollae vitreae capa-
 ci, vel vasi stanneo, quod vulgo dicitur *caffrol*,
 et, subiectis carbonibus candentibus, blanda
 ac paullatina exhalatione ad siccitatem redige,
 vt nihil nisi massa quaedam puluerulenta, fla-
 vescentes, grumosa remaneat. Hanc massam
 iterum in aquae purae fontanae, vel pluuiialis,
 libris quatuor, lenioris coctionis beneficio, dis-
 solve, liquorem colatu traiectum, relicto in
 linteo magmate spissiori caseoso, ad vsum ser-

Y 3

va.

va. Notandum praeterea est, ollam sub huius feri lactis praeparatione vix ad partem dimidiam esse replendam lacte; valde enim, praefertim iam spissiusculum redditum, spumescere ac ideo facile, admoto inprimis igne paulo fortiori, ollae marginem transcendere solet. Inter euaporandum quoque constanter spatula vel alio instrumento est agitandum, ne empyreuma, quod alias facile superuenire solet, contrahat, et parietibus ac fundo adhaerescat. Quod ad eiusdem principia attinet, in eo phlegma copiosum cum modica quantitate substantiae terreae vnguinosae salinae solubilis, siue vt paucis dicam, saccharinae tenerioris, est coniunctum. De virtute eius nihil dicam, cum ea satis prolixè et solide demonstrata fuerit in *illustris b. m. HOFFMANNI dissertatione de saluberrima feri lactis virtute, in eiusdem opusculis medico-practicis* denuo recusa.

VII. Decoctum aduersus icterum.

R̄. rad. V. aper. min.

curcum.

rub. tinct.

rhabarb. aa $\overline{3j}$.

herb. capill. ♀ris

hepat. nob.

marrub. alb.

summit.

summit. cent. min. aa mj.

sem. foenic.

anif. stellat. aa ʒij.

passul. min. ʒiij.

tart. Frisat. ʒß.

Concisa, contusa, mista fiant Species.
S. Species, quarum vncía vna in tribus aquae
mensuris per horae dimidium est coquenda.

Huic decocto, peracta coctione, superad-
di potest tyropus de cichoreo cum rhabarba-
ro. Egregiam exserit efficaciam in ictero,
si a ductuum biliariorum obstructione, quam
materia tenax et spissa produxit, oritur.

VIII. Decoctum ad mensum et lochiorum
fluxum promouendum.

Rx. rad. aristol. rotundae ʒß.

bacc. laur.

iunip. aa ʒij.

concis. coque per $\frac{1}{2}$ hor. in aquae
communis mensuris tribus et
sub fine coctionis adde

herb. meliss.

puleg.

artemis.

flor. cheiri aa mj.

sem. cumin.

carui aa ʒiij.

bulliant semel et macerentur, deinde
liquor. coletur.

Y 4

Ad

Ad edulcorationem huic decocto addi potest mel in debita quantitate, eiusque vis intenditur coniuncto boracis Venetae usu. Praeterea cum cereuisia hoc decoctum praeparari potest, cui scopo cereuisia fusca amara magis, quam alba inferuit, utpote quae cocta facilius acefcit. Neque eo in omni mensium obstructione, a quacunque proficiscatur causa, et quouis promiscue tempore, uti licet, sed tunc potius, si menses ob partium vteri solidarum debilitatem, sanguinis visciditatem et exinde pendentem stagnationem, non fluunt, et praesertim ante aliquot temporis, quo menses prorumpere solent, dies id adhibere consultum est.

IX. Decoctum aduersus scabiem ficcā.

℞. rad. scorzon.

altheae

chin. aa ℥ij.

salsap.

raf. C. C. aa ℥j.

rad. glycyrrh

sem. foenic. aa ℥ss.

flor. pap. rhoad. p. IV.

Conc. cont. mista f. Species, quarum vicia vna in duabus aquae mensuris est coquenda.

X. De-

X. Decoctum purificans et leniter adstringens.

1.

R̄. rad. chin. ℥i.
 ras. lign. sant. rubr. ℥ss.
 cort. lign. sassafr. ℥ij.

Concisa, contusa, mista fiant Species, in quatuor aquae mensuris per dimidium horae coquendae, quibus sub fine coctionis addenda est cinnamomi vncia dimidia.

2.

R̄. rad. chin. ℥iv.
 cichor.
 glycyrrh.
 ras. lign. sant. rubr.
 lentisc.
 visci quern. aa ℥j.
 cort. chin.
 lign. sassafr.
 mastiches
 ⊖ tartar. aa ℥ss.

Concisa, contusa, mista fiant Species, quarum vncia vna in duabus aquae mensuris per horam est coquenda, addito sub fine coctionis cinnamomo.

Y 5

Haec

Haec decocta virtute gaudent demulcente et partes solidas debiles roborante, ex quo facile est collectu, quibusnam morbis et quando conducant. Conueniunt nimirum, praemissis praemittendis et coniunctis coniungendis, in fluore albo, gonorrhoea, mensium, haemorrhoidum fluxu, vrinae excretionem, aliisque excretionibus, si limites consuetos nimis excedant, ut magnum exinde sit metuendum periculum, atque eodem fine usurpata fuerunt et commendata a *celeberrimo* b. m. HOFFMANNO. Praeter commemorata, eorum quoque compositionem ingredi possunt cortex tamarisci, fraxini, capparis fructus, cortex et radix.

XI. Ius cancerorum fluuiatilium.

Rx. cancer. fluuiat viuor. ℞. III.

coque spatio horae cum aquae libris duodecim, tum exentos contunde vna cum testis, atque coque in priore iure proprio adhuc per horas quatuor, addendo semper tantum aquae, ut a coctione librae octo circitur supersint, tum ius fortiter exprime, atque ei infunde concisae

herb. beccab.

chaeref.

endiv.

petrosel. aa ℥i.

rad. tragoponi ℥iv.

filari ℥ij.

dein

dein ebulliant simul spatio $\frac{1}{2}$ horae. Sumatur ad $\mathfrak{z}\text{ij}$ omni bihoro.

XII. Iusculum carnis pro debilibus, emaciatis et consumptis.

Rx. Caponem recens mactatum, depumatum et euisceratum No. i. carnis vitulinae $\mathfrak{lb}$. i.

conciſa in partes exiguas probe contundantur, et in mortario oſſa comminuantur: adde caneros fluuiatiles No. VIII, qui viuī contundantur,

rad. ſcorzon. $\mathfrak{z}\text{ij}$.

cichor.

ſiſari

petroſel. aa $\mathfrak{z}\text{j}$.

concidantur,

macis $\mathfrak{z}\text{ij}$,

cort. citr. rec. $\mathfrak{z}\text{j}$.

ſalis parum, ſuperfunde

vini Rhen. $\mathfrak{z}\text{ij}$.

aquae fontan. q. ſ. indantur

lagenae ſtanno intus obductae, ita, vt non multum vltra dimidium repleatur, lagena probe clauſa balneo Mariae impoſita, coquantur per quatuor vsque ad ſex horas, deinde effundantur, colentur cum expreſſione, et pinguedo ſupernatans dematur.

Eius-

Eiusmodi iuscula optime parantur ex carne a pinguedine accurate repurgata animalis sani, iunioris, exercitati, contusa, minutim scissa, in machina Papiniana elixa, frigesfacta dein in hac ipsa machina, iterum ab omni supernatante pingui et fecibus depurata. Si olla haec deficit, ahenum quidem substitui potest, sed subtilius exhalando perit. Iusculum ex gallinaceo genere paratum praefertur reliquis, vitulinum dein, postea ouillum, et bubulum denique probatur.

XIII. Gelatina.

R $\mathfrak{x}$. raf. C. C. $\mathfrak{z}$ iv.

coque lento igne in vase vitreato cum aquae quantitate sufficiente, ad remanentiam librarum duarum. Colatura exprimatur, cum albumine oui clarificetur, adde

sacch. alb. $\mathfrak{z}$ v.

vini Rhen. $\mathfrak{z}$ iv.

succ. citr. $\mathfrak{z}$ j.

redigantur in consistentiam gelatinae.



SECTIO